delicet et iohannem quorum uterque inter homines po
situm per excellentiam culminis gratie constat
utraque uita fuisse perfectum. Sed tamen
una per petrum, alia designatur per iohannem.
In eo enim quod ait petro dominus: extendes manus
tuas et alius te cinget et ducet quo tu non
uis: perfectionem exprimit actiue conuersa
tionis: que temptationum solet igne proba
ri. Unde et alibi de ea dicit apostolus. Be
ati qui persecutionem patiuntur propter iusti
ciam. Cui recte subiungitur. sequere me.
quia nimirum iuxta eiusdem petri uocem christus
passus est pro nobis relinquens nobis exem
plum ut sequamini uestigia eius. Quod autem
dicit de iohanne. sic eum uolo manere do
nec uenio: statum contemplatiue ui
rtutis insinuat: que non per mortem fi
nienda ut uita actiua. sed post mortem
est perfectius domino ueniente complenda.
Actiue namque labor cum morte deficit:
mercedem post mortem accepturus eternam.
Quis enim in illa uita panem esurien
ti dat ubi nemo esurit? Quis mortuum

[illegible]rum. inebriatis ab ubertate domus mee po
tatis sicut laboriosum [illegible] actionis certa
conditione finire: sed post mortem subli
mius me apparente. atque in conspectu maie
statis illos perducente perfici. Sequitur.
Hic est discipulus qui testimonium perhibet de
his. et scripsit hec. et scimus quia uerum est testi
monium eius. Iam manifeste beatus iohannes su
am personam designat ex officio quod sin
gulare [illegible] uocabulo. Non autem prete
reundum [illegible] qui testimonium perhibet
de his et scripsit hec. Perhibuit quippe testi
monium uerbo dei predicando: perhibuit scri
bendo: perhibuit denuo eadem que scripse
rat docendo: perhibet etiam nunc euangelium quod
scripsit ecclesiis legendum pandendo. Si
quidem a tempore dominice passionis. re
surrectionis. et ascensionis in celum.
usque ad ultima domiciani principis tem
pora. per annos circiter sexaginta et quinque.
absque ullo scribendi adminiculo uerbum predica
uit. [illegible] ubi a domitiano qui secundus post nero
nem christianorum persecutor extitit exilio missus